

1. Ad perennis vitae fontem mens sitivit arida,  
Claustra carnis praesto frangi clausa quaerit anima,  
Gliscit, ambit, eluctatur, exul frui patria
2. Dum pressuris, ac aerumnis se gemit obnoxiam,  
Quam emisit, cum deliquit, contemplatur gloriam,  
Praesens malum auget boni perditam memoriam.
3. Nam quis pro,at summae pacis quanta sit laetitia,  
Ubi vivis margaritis surgunt aedificia  
Auro celsa micant tecta, radiant triclinia.
4. Solis gemmis preciosis haec structura nequitur,  
Auro mundo tanquam vitro urbis via sternitur,  
Abest limus, de est fimus, lues nulla cernitur.
5. Flos perpetuus rosarum, ver agit perpetuum,  
Candent lilia, rubescit Crocus, sudat balsamum,  
Pigmentorum spirat odor, liquor et aromatum.
6. Hyems horrens aestas torrens, illic nunquam saeviunt,  
Virent prata, vernant sata, rivi mellis influunt,  
Quod cives beati semper, atque semper appetunt.
7. Pigmentorum spirat odor, liquor et aromatum,  
Pendent poma floridorum non lapsura nemorum,  
Non alternat Luna vices, Sol vel cursus syderum.
8. Agnus est faelicis urbis lumen inocciduum,  
Nox & tempus desunt ei, diem fert continuum,  
Mera lux est, nulla crux est; gaudiu' est perpetuum.
9. Nam & sancti quique velut Sol praeclarus, rutilant,  
Post triumphum coronati mutuo conjubilant,  
Et prostrati pugnas hostis jam securi numerant.
10. Omni labe defaecati carnis bella nesciunt,  
Caro facta spiritalis, & mens unum sentiunt,  
Pace multa per fruentes scandala non perserunt.
11. Mutabilibus exuti repetunt originem,  
Et praesentem veritatis contemplatur speciem,  
Hinc vitalem vivi fontis hauriunt dilcedinem.
12. Inde sunt omnes ab omnibus beati partibus,  
Clari, vividi, jocundi, nullis patent casibus,  
Absunt morbi semper sanis, senectus juvenibus.
13. Hinc perenne tenent esse, nam transire transiit,  
Inde virent, vident, florent, corruptela corruiit  
Immortalitatis vigor mortis jus absorbit.
14. Cuncta possunt, cuncta sciunt, nam sciunt omniscium,  
Et cunctis Coeleste confertur en aequo gaudium.  
Unum volunt, unum nolunt, unitas est mentium.
15. Licet cuique sit diversum pro labore meritum;  
Charitas hoc suum facit, dum hic amat alterum,  
Proprium sic singulorum fit commune omnium.
16. Ubi corpus, illic jure congregatur aquilae,  
Quo cum Angelis & sanctae recreentur animae.  
Uno pane vivunt cives utriusque patriae.
17. Avidi & semper pleni, quod habent, desiderant,  
Inhiantes semper edunt, & edentes inhiant,  
Non satietas fastidians, famesve cruciant.
18. Novas semper harmonias vox crepat dulcisona,  
Et in jubulum prolata mulcent aures organa,  
Digna, per quem sunt victores regi dant praeconia.
19. Felix Coeli quae praesentem regem cernit anima,  
Et sub alta sede volvi spectat infima  
Solem, lunam, & globosa cum planetis, sydera.
20. Christe, palma bellatorum hoc in municipium  
Introduc nos post solutum militare cingulum  
Fac consortes Donativi beatorum civium. Amen.

# 90. Ad perennis vitae fontem

Piae Cantiones 1625

Daniel Friderici (?)

Cantus  
Ad pe - ren - nis vi - tae fon - tem mens si - ti - vit a - ri -

Altus  
Ad pe - ren - nis vi - tae fon - tem mens si - ti - vit a - ri -

Tenor  
Ad pe - ren - nis vi - tae fon - tem mens si - ti - vit a - ri -

Basis  
Ad pe - ren - nis vi - tae fon - tem mens si - ti - vit a - ri -

3  
D.  
da, clau - stra car - nis prae - sto fran - gi clau - sa quae - rit a - ni - ma,

A.  
da, clau - stra car - nis prae - sto fran - gi clau - sa quae - rit a - ni - ma,

T.  
da, clau - stra car - nis prae - sto fran - gi clau - sa quae - rit a - ni - ma,

B.  
da, clau - stra car - nis prae - sto fran - gi clau - sa quae - rit a - ni - ma,

6  
D.  
gli - scit, am - bit, e - luc - ta - tur, ex - ul fru - i pa - tri - a.

A.  
gli - scit, am - bit, e - luc - ta - tur, ex - ul fru - i pa - tri - a.

T.  
gli - scit, am - bit, e - luc - ta - tur, ex - ul fru - i pa - tri - a.

B.  
gli - scit, am - bit, e - luc - ta - tur, ex - ul fru - i pa - tri - a.